



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

41. An Capitulum Sede vacante possit alienare bona Ecclesiae tam immobilia, quam mobilia? Et an superveniens Episcopus electus, & confirmatus possit rescindere praedictas alienationes factas à Capitulo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

Abbas, & criminibus, & reformandis moribus, Capitulum, Sede Vacante, idem potest quod Episcopus. Et ideo ipse Solorzanus n. 21. testatur Limæ fuisse à Capitulo, Sede Vacante, syndicatum Fiscalem Archiepiscopi nuper defuncti.

4. Sed an possit syndicare Vicarium defuncti Episcopi, negativè respondet Quaranta in summa p. 10. n. 14. sed affirmativè respondet Solorzanus ubi supra n. 28. & ita est, factum fuisse Limæ. Ego puto servandam esse Provincie consuetudinem.

RESOL. XXXIX.

An Capitulum Sede Vacante possit dare licentiam erigendi nova Monasteria?

Et supponitur Monasterium quorumcumque etiam Mendicantium non posse erigi, nec edificari, quantum ad licentiam Episcopi, nisi vocatus, & auditus aliorum Conventuum Procuratoribus, &c.

Et an Vicarius Capitularis Sedis Vacantis possit concedere supradictam licentiam?

Et an Constitutio Clem. VIII. circa hoc habeat locum quoad erigenda Monasteria Monialium, & quid super hoc Sacra Congregatio censuit? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 68.

§. 1. Vppone, Monasteria quorumcumque etiam Mendicantium non posse erigi, & edificari, quantum ad licentiam Episcopi, nisi vocatus, & auditus aliorum Conventuum Procuratoribus, & aliis interesset habitibus, & causa cognita, & sine aliorum detrimento commode sustentari possint; & si dicti Procuratores nihil opponant dabitur eis licentia per Episcopum. Clemens VIII. const. 99. incip. Quoniam ad institutionem de 1603. apud Laert. Cherub. in Bull. tom. 3. pag. 146. & apud Laurer. de Franchis de controvers. inter Episcopos, & Regulares. pag. 97. de cuius materia Aloyf. Ricci. in decis. Curia Archiep. Neap. part. 2. decis. 75. & part. 4. decis. 131. Ioan. Maria Novati. in novo iur. Pontif. concil. 2. de edificat. novorum Monast. Ioan. Anton. Nouart. eius frater in summa Bullar. tit. de Monasteriorum edificat. super Bulla Clementis VIII. Lezana in sum. quest. Regul. tom. 1. cap. 9. n. 35. & tom. 1. verb. Episcopus quoad Regularium. cum seqq. Barbosa de officio, & potest. Episcopi, part. 2. allegat. 26. n. 7. Quæ quidem Clementis constitutio locum etiam habet circa erigenda Monialium monasteria, ut censuit facta Congregatio Concilij sub die 19. Decembris 1620. penes Tamburin. in tr. de iure Abbatis. disp. 33. q. 1. m. 4. Lezana dict. verb. Episcopus, n. 4. in fine.

2. Et eius dispositio, ac tenor adedò includit formam etiam de substantia, ut eius omisso vitiet concessionem, Laurer. de Franchis de controvers. inter Episcopos, & Regulares in quest. super hac constit. vers. ad quartum pag. 111.

3. Monasteria nova etiam Mendicantium erigi non possunt, nisi in quolibet illorum duodecim Religiosi ex redditibus, & conductis elemosynis sustentari valeant, & cum consensu aliorum conventuum infra quatuor millia existant, & ad id vocati, & auditu fuerint, ac tali erectione consentiant, vel alias Ordinarius locorum constituit Religiosorum in Monasteriis antea in civitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium ibi numero duodecim commode, & congrue manuteneri, & alii possit. Gregorius XV. const. 1. incip. Cum alias, 17. Augusti 1622. apud Laurer. de Franchis de controvers. inter Episcopos, & Regulares, pag. 100. cum Tom. 1. l. 1.

seq. Laurentius de Peyrinis de privileg. Regul. tom. 2. circa const. 6. Gregorij XV. Lezana in sum. n. 9. Regul. tom. 1. c. 9. n. 35.

4. Hoc supposito ad quaestionem propositam negativè respondeo. Dico igitur Monasteria nova erigendi licentiam concedere non potest Vicarius Capitularis Sedis Vacantis. Ita declaravit sacra Congregatio Concilij die 19. Ianuarij 1733. teste Sellio in Select. can. 18. n. 12.

RESOL. XL.

An Capitulum Sede Vacante possit dare licentiam, ut edificetur Ecclesia, ut acquiratur ius Patronatus?

Et an Capitulum Sede Vacante possit Caritativum subsidium exigere?

Et an Canonicorum Collegium Sede Vacante, nequeat Statutum concedere, quod tale subsidium in futurum ex parte minuat? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 54.

§. 1. Respondeo posse Capitulum, Sede Vacante dare licentiam volenti Ecclesiam edificare, ut acquirat in ea iulpatronatus propter rationem supra assignatam. Ita Lambertin. lib. 1. de iure patron. part. 2. art. 9. Panvin. de potestate Capituli Sede vacante, p. 5. q. 2. n. 5. Garcias tom. 1. de benef. part. 5. c. 9. n. 79. Viuian. in praxi iurispatron. part. 1. lib. 2. c. 1. num. 12. Barbosa tom. 3. de potest. Episcop. allegat. 70. n. 23. qui tamen addit alleg. 71. n. 24. cum Steph. Grat. Discop. Forens. c. 303. n. 10. & seq. non posse Capitulum præstare assensum donationi iurispatronatus: quòd si defacto id faciat, existimant, præstare titulum coloratum ad præscribendum, ex decil. Seraph. 884. num. 2.

2. Nota etiam hic incidenter cum Azorio part. 2. l. 9. c. 14. q. 5. posse Capitulum, Sede Vacante, charitativum subsidium exigere, qui tamen postea quasi 7. subdit, quòd Canonicorum Collegium, Sede Vacante, nequit statutum concedere, quo tale subsidium in futurum ex parte minuat. Bellen. q. 45. nam quantum possit statuta ponere, eum hoc sit iurisdictionis, & Sede Vacante succedat Episcopo in his quæ sunt iurisdictionis, c. his qua, & cap. cum olim de maiorit. & obed. nequit tamen statuto suo aliquid detrudere ex his quæ Episcopo iure conveniunt, hoc enim esset Episcopi iura minuire.

RESOL. XLI.

An Capitulum Sede Vacante possit alienare bona Ecclesie tam immobilia, quam mobilia?

Et an superveniens Episcopus electus, & confirmatus possit rescindere predictas alienationes factas à Capitulo sine autoritate Pape; quòd idem dicendum est, si quid Episcopus sine Capitulo distraxerit de bonis Ecclesie sue immobilibus? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 38.

§. 1. Ad hoc dubium sic respondet P. Baunius in Theolog. mor. tom. 1. tract. 11. quasi. 27. Capitulo, Sede Vacante, bona Ecclesie quæ servando servati possunt, distrahere ei ex Canonica lege vetitum, can. si qua 12. 2. Ioan. Monachus in cap. vnic. de maiorit. & obed. in 6. causa est quòd in fructibus Episcopatus, possessiones agri, commoda, redditusque poni debeant: at sunt hi successorii debiti, nec dissipandi proinde, cap. quia sepe de electione in 6. & Clementina penultima, eodem titulo; sed in utilitatem Ecclesie expendendi sunt, aut referendi successorii,

successori, Bonifac. VIII. in cap. quia saepe 40. de elect. in 6.

2. Nec modò bona mobilia, quæ seruando seruari possunt, abalienare Capitulum non est integrum; sed nec immòbilia sine Sedis Apostolicæ auctoritate, Concil. Ilerdense cap. 12. Nullis Clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusve sit, quidquam domo præsumat, vel quod de utilitate instrumenti domus esse cognoscitur, id est mobilis, aut immobilis rei Ecclesiasticæ, conetur inuadere: pena alienantis ea bona est excommunicatio, non lata, sed ferenda sententia, & vix quoque peregrina ei communitio concedi debet, Concil. ibid.

3. Ad alienationes autem factas à Capitulo sine auctoritate Papæ quod attinet, eas electus Episcopus, cum erit confirmatus, rescindere, ac si ad Ecclesiæ suæ utilitatem pertinent, confirmare poterit vt indicabat can. 16. Ancyrana Synodi, his verbis: Si qua de rebus Ecclesiæ, cum Episcopus non est, Presbyteri vendiderunt, placuit rescisso contractu ad ius Ecclesiæ reuocari: similiter, si quid Episcopus sine Capituli consensu distraxit, de bonis Ecclesiæ suæ immobilibus, ea rata fore aut irrita velle potest, sicut docet Abb. in cap. 1. de his, quæ sunt à Prælato. Ita Bannius

4. Sed circa præsentem quæstionem, ne deseras videre Molinam tom. 6. tract. 1. disp. 11. num. 15. & latius Merolla tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 17. per totum.

RESOL. XLII.

An Capitulum Sede Vacante possit concedere Indulgentias?

Et quid de consuetudine iuxta hoc?

Vel an sit iuris, quod Capitulum committat alicui Episcopo, vt Indulgentias concedat in nomine ipsius Capituli? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 35.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 5. Ref. 41. §. ad lin. 4.

§. 1. **N**egatiuè respondet Rodriguez in sum. tom. 1. c. 71. num. 22. vbi sic ait: *El Cabildo Sede vacante no puede conceder indulgencias, porque aunque el poder para las conceder pertenece à jurisdiccion Episcopal, como lo tiene semo Tomar, y consta del derecho, y nota Zabarella. No se comunica esto al Cabildo, Sede vacante, por ser este acto propriamente Episcopal, y assi lo mas seguro es, que el Cabildo le cometa à algun Obispo, como lo da à entender Zabarella, al qual sigue Pavinio. Lo qual se ha de tener aunque Ludovico Boloñino, al qual parece que sellega Navarro y Enriquez, tenga que el dicho Cabildo las puede conceder principalmente si la costumbre lo ha admitido.* Ita ille; cui adde Genuensem in Praxi Archiep. cap. 87. num. 32. Marcellum Culpæ in Praxi Archiep. cap. 44. num. 22. Henriquez, Reginaldum, Bonacinam, Tuscum, Ledesimam, Cordubam, & alios, quos citat Merolla tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 16. num. 155.

Sup. hoc ibidem in lin. penult. præcitata in §. not. præterite.

2. Sed ipse contrariam sententiam existimat probabiliorè, & in eius fauorem adducit plures Doctores, & illam signanter tenet Molina de Insit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 6. vbi sic ait. Possit Capitulum concedere indulgentias, quia est actus iurisdictionis, censet probabilis Panorm. vbi supra vers. tertio decimo, posse illas concedere, sicut & Episcopus; in quam sententiam inclinant Nauarr. §. in Leuatico, monitor. 31. num. 6. & 7. quia ait consuetudine esse receptam, Syluest. verb. capitulum, in calce n. 5. & alij. Ad eandem sententiam accedit Panvinus vbi supra, §. 4. prima part. principal. Neque id probo, quod ait: debere scilicet Capitulum vt Episcopum electum nondum consecratum eas concedere per

Episcopum alium consecratum, quem ad id vocent. Neque enim illud est potestatis ordinis, sed solius iurisdictionis. Ita Molina, cui adde Azorium part. 21. 3. cap. 37. q. 9. qui tamen obseruat tutius esse, vt Capitulum committat alicui Episcopo, vt indulgentias cedat nomine ipsius Capituli.

RESOL. XLIII.

An Capitulum Sede Vacante possit commutare vltimas voluntates in casibus, in quibus poterat Episcopus? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 34.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, quod probatur; quia in huiusmodi iurisdictione ordinaria, quæ Episcopo competit iure communi, mortuo Episcopo succedit Capitulum, vt probatum est sæpius, negari autem non potest, quin commutato vltimæ voluntatis sit actus iurisdictionis Episcopalis, ergo, &c.

2. Nota tamen, quòd in his commissionibus commutationum vltimæ voluntatis, quæ sunt Episcopo in casibus, in quibus iure ordinatio non posset Episcopus commutare, non succedit ei Capitulum; in aliis verò succedit. Prior conclusionis pars patet; tum quia ea, quæ iure speciali delegato competeant Episcopo, non transeunt in Capitulum, vt supra d. præmiss. vnic. huius quæst. circa med. post alios tradidimus; tum quia speciales commissiones factas Episcopo non transeunt in Capitulum, Sede vacante, sed in successorem, si factæ sint sub nomine dignitatis, textus est in cap. quoniam Abbas, de off. deleg. Si verò sub nomine personæ, expirat cum persona, vt ibidem tradunt Doctores, & notauit etiam Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 2. eo quòd subiectum, cui inhærebat, deficiat, arg. l. 2. ff. de vst. l. 1. vbi Bart. in sim. ff. de vst. & vst. leg. cum similib. Posterior pars probatur, quia in iis, quæ competunt Episcopo iure ordinario, & communi, delegatio & commissio Papæ non facit cum delegatum sed solum excitat eius iurisdictionem, cap. licet in corrigendis, de off. ord. & cap. fin. de simon. cum similib. atque in specie dispensationum tradit post alios Sanchez de lib. 8. disp. 2. num. 10. ad fin. Et hæc omnia docet etiam Moneta de commut. vlt. volunt. cap. 5. num. 477. & seq. cui adde Molinam de Insit. tom. 5. tract. 5. disp. 11. num. 5.

RESOL. XLIV.

An Capitulum Sede Vacante possit compellere executores testamentorum ad eorum complementum.

Et alij casus circa hoc conferuntur, & explanantur. Ex p. 8. tr. 4. Ref. 24.

§. 1. **R**espondeo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Merolla tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 11. num. 36. succedere Capitulum in potestate compellendi executores testamentorum, & ipsis negligentibus procedendi ad executionem illorum.

2. Vnde Rodriguez in summa tom. 1. cap. 71. num. 10. sic ait, *El Cabildo Sede vacante no solamente puede compeler à los executores del testamento, mas aun puede executar el testamento siendo negligentes los executores en su complemento. Conforme la comun, que traen Covarrubias y Pavinio, puede compelerlos à que den cuenta de su administracion, como lo afirma Imola, y Fronco.* Ita ille.

3. Igitur Capitulum, Sede Vacante, potest succedere.